



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

XXVIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem heil.  
Geist-Hospital in Stendal vier Hufen Landes in Ostheeren, am 15. Februar  
1272.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XXVIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem heil. Geist-Hospital in Stendal vier Hufen Landes in Dstheeren, am 15. Februar 1272.

Johannes, Otto et Conradus, Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur a memoria excidant, que res est fragilis, consuevimus ea literarum testimonio eternare. Notum igitur esse volumus omnibus presentibus et futuris, quod nos ecclesie siue domui constructe in ciuitate Stendalensi in honorem spiritus septiformis contulimus quatuor mansos sitos in villa dicta Hosterne pleno jure proprietatis titulo perpetuo possidendos, quemadmodum nos et nostri predecessores eos hactenus possederunt. Vt autem hujusmodi gratia siue libertas perpetuo perseueret, presentem literam inde scriptam sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Testes hujus rei sunt: Anselmus de Blankenborch, Bertramus de Benze, Gerhardus de Buceneborch, Beteko de Eftede, Georgius de Kercoue, Johannes de Wustrow, Heynricus de Stendale et alii milites quam plures. Datum in Nouo Repyn, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXII<sup>o</sup>. XV. Kal. Marcii.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 14.

XXIX. Dieselben vereignen dem gedachten Hospital die Kirche zu Dstheeren, am 15. Februar 1272.

Johannes, Otto et Conradus, Dei Gracia Marchiones Brandenburgenses, Omnibus in perpetuum. Ne ea que coram Nobis aguntur a memoria excidant, que est res fragilis consuevimus ea literarum Testimonio eternare. Notum ergo esse volumus presentibus et futuris, quod Nos pio ducti affectu Ecclesiam in Hosterne contulimus Domui Sancti Spiritus in Stendale pure et simpliciter propter Deum et ob salutem et recordationem Animarum Patris nostri et Matris et omnium progenitorum nostrorum, in qua pro Animabus priorum et post mortem nostram Nobis singulis septimanis Missa celebrabitur pro defunctis. Ut autem hec nostra Voluntas inuolabiliter et perpetuo perseueret, presentem paginam inde conscriptam Sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Testes huius facti sunt: Bertramus de Bentze, Anselmus de Blankenborch, Gerhardus de Buiceneborch, Beteko de Eftede, Georgius de Kercowe, Johannes de Wostrow, Heynricus de Stendale et alii milites quam plures. Datum in Novo Repyn, Anno Domini MCCLXXII. XV. Kal. Martii.

Beckmann's Beschreibung a. a. D., Sp. 122. 123.